

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

10. Diuitiarum amissio luctuosa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45699

40. Cap. IV. Miseria in acquirendis, retinendis, & amittendis diuitijs.

Passusq[ue] gestis aquanda pericula rebus.

D. Antonij. Nam esto, quietem, honorem, voluptatem, omnia habeat, qui pe-
2. par. Chron. cuniam habet, tamen non habet securitatem. Et tantò grauius,
tit. 10. c. 7. §. quantò securius periclitatur. Proficisciatur aliquando D. Am-
2. Bonsignor. brosius Romam. In Heretria diuertit ab homine admodum co-
Cacciagrua lib. de tribul. pioso hospitio exceptus. Hic inter colloquendū cœpit iactare diui-
cap. 40. tias, prædicare familiam, filios laudare, denique prospera omnia
commemorare, ac sanè præsidenter dicere: Nihil sibi vñquam in
omni vita sua aduersum accidisse; læta omnia feliciaque euenisce.
Quid ibi D. Ambrosius? an hunc censuit esse felicem? Nequa-
quam. Sed quām primū audiuīt ita gloriātem, abitionem pa-
rauit, hortatusq[ue] est etiam comites suos, vt & ipsi discessum ma-
turarent, fieri enim non posse, vt tanta rerum prosperarum af-
fluentia exitum longè infelicissimum non sit habitura. Iussit ergo
eos mox secum discedere, ne & illi vñā ira Dei furorem expe-
ritentur. Vix pedem ē testis exultit, cūm hospes, & omnis fami-
lia, domusq[ue] tota repentina terræ hiatu absorpta est. I, voca-
tales felices, qui dum se inter felices felicissimos putant, inter mis-
seros miserrimi sunt numerandi: quibus malum serò, sed simul
venit.

X.

S. Chrys. in
c. 6. Matth.

Valer. Max.
lib. 6. 9.

Max. scim. 12

Hucusq[ue] de acquisitione & possessione diuitiarum disputa-
uimus, quæ si cum labore acquiruntur, cum solicitudine possiden-
tur, quantum dolorem dabunt, si amittantur? Amittuntur enim;
quia omnia bona mundi triplex interitus tollit: aut ex seip̄s vetera-
scunt, aut luxu dominorum suorum consumuntur, aut ab extraneis do-
lo vel violentia, vel calunnia diripiuntur, ait discretissimus Pater. Ca-
duca nimis hæc, ait Valerius, & fragilia puerilibusq[ue] consentaneas
crepundij sent, quæ vires atque opes humanae vocantur. Afflunt subito,
repente dilabuntur: nullo in loco, nulla in persona stabilibus nixa radicie-
bus consilunt: sed incertissimo statu fortuna huc atq[ue] illuc acta, quos ins-
sublime extulerunt, improviso decursu destitutos in profundo cladium
miserabiliter immergunt. Itaq[ue], neq[ue] existimari, neque dici debent bona,
que ut insulorum malorum amaritudine desiderium suum duplicit,
propensiore fatore primò delinitos, maiore postea malorum cumulo oppri-
mere solent. Democritus audiens de diuitijs in vrramque partem
disceptantes, omnibus hominibus perpetuam quamdam diuitiarū
cupidi-

Cap. IV. Miseris in acquirendis, retinendis, & amittendis diuitijs. 48

cupiditatem inesse dixit; que si non acquisita fuerint, vexant: si erunt acquisita, solitudine & cura torquent. Amissa vero dolores etiam adferunt hand mediocres. Quae si non amittuntur in vita, certe cum vita amittenda sunt. Quippe cum praesenti vita pariter diuitia dissoluntur non migrant cum possessore, sed ipsos potius deserunt antem mortem. S. Chrysostom. homil. 2. ad pop. 1. Tim. 6.

Quod & ipsum demonstrat (Paulus) dicens: Neque in incerto diuitiarum. Nihil enim tam infidum, quam diuitia. Fugitius seruus est, copia diuitiarum, eis enim innumera ipse vincula iniicias, sic etiam cum ipsis vinculis fugit, sepius pessulis, & foribus ipsum possidentes concluserunt, seruorum exhibita custodia: ille vero seruus ipsis persuadens, cum ipsis custodibus aufugit, & nihil custodia profuit. Quid hoc infidelius? Va his, qui in multitudine diuitiarum suarum sperant. Quare, dices, va ois? Quia, inquit, thesaurebat, & nescit cui congregauit ea. Labor ergo certus, & fructus incertus: sepius inimicis laboras, & tu conficeris erumnis, & tibi quidem peccata, possessionem vero alijs hereditibus præbuit.

Doloris huius aliquot exempla libet apponere. Quo enim animo fuisse putemus Dionysium? qui cum hereditatis nomine a patre, Syracusanorum, ac pane totius Sicilia tyrannidem accepisset, maximarum opum dominus, exercituum dux, rector clasium, equitatum potens, propter inopiam, litteras puerulos Corinthium docuit. Eodemque tempore, tanta mutatione maiores natu, ne quis nimis fortuna crederet, magister ludificatus ex tyranno monuit. Quid sensisse existimemus Crassum? cui pecunia magnitudo locupletis nomen dedit? Idem ibid. sed eidem postea inopia turpem decoloris fugillationem iniunxit. Siquidem bona eius a creditoribus, quia solidum prestare non poterat, venierunt. Ita quoque amara fugillatione non caruit: quia cum egens ambularet, DIVES ab occurrentibus salutabatur. Quod si isti dolorem presserunt, certe non pressit Ioannes Conarius Eques Polonus, nobili familia oriundus, de quo Cromerus hanc recenset historiam. Circa an. Christi 1177. imperium & gubernationem regni Polonici adiit Casimirus inuenis adolescens Ius sui valde deditus, adeo quidem, ut temere cum quouis luderet. Is ad ludendum aliquando provocavit Equitem Polonum familia nobilis, & hodieque in eo regno prepotenti Ioannem Conarium. Assensus est regi Conarius, productaque voluptas illa in multam noctem. Tandem utroque in somnum ruente, conuenit inter ipsos, ut

F

unico

Martin. Cro
mer. lib. 6.
Chron. Pol.